



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

34. Decisio Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Cerro, in causa Leopoliensis
administrationis hospitalis. Lunae 15. Maii 1645.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

fuert, si ita Sanctiss. placuerit, & subsequatur postea dicta clausula, non alias, aliter, nec alio modo, argui debet, resignantem, tunc demum voluisse inplementum, casu quo Sanctiss. placuerit, & non alias, vnde dum Papa noluit, censetur & resignantem noluisse, vt in puncto extat decisio *Cæsar de Grass. 10. de præbend. alias 12. 1. n. 2. 3. & 4. quare sequitur, & referunt Gonz. ad reg. 8. gloss. 12. n. 93. & Loter. de re benefic. lib. 3. q. 19. n. 38. & ita licet procurator consenserit absque his conditionibus, ex hoc tamen non deficit consensus in mandante, quia dum illas condiciones solum voluit quatenus Sanctissimo placuerit, eo ipso, quod Pontifex eas delendo noluit admittere, censetur etiam illas noluisse mandantem; quia prædicta verba, si Sanctissimo placuerit, ad antecedentia omnia non stant resolutiue, sed conditionaliter, vt expressè firmatur in d. *decisione Cæsar. de Grass. 10. n. 8.**

12. Nec intrat replicatio, quod dicta clausula non alias, aliter, nec alio modo referri debeat ad condiciones appositas, non autem ad beneplacitum Sanctissimi quia cum stet apposta post requisitum d. beneplacitum magis ad illud referri debet, quam ad alia magis remota, ex doctrina *Bar. in l. fin. C. de reb. dub. alias autem superflua fuisset reservatio beneplaciti, si non aliter, quam modo expresso resignatio fieri potuisset.*

13. Nec obitat deducta per *Rotam in Corduben. dimidia portio 14. Nonembris 1558. coram Chivoga in alia decis. allegata*, quia procederet si resignans simpliciter, & absolute noluisset aliter resignare quam sub pactis & conditionibus in mandato expressis, secus pro vt hic vbi conditionaliter tantum, & accedente beneplacito Apostolico; Eo enim non accedente, censetur etiam aliter voluisse in puncto respondendo huic obiecto distinxit *Rota apud Cæsar. de Grass. d. decis. 10.* Ex quibus etiam habetur responsio ad allegatam *decis. in causa Sauonen. Cantoria*, quia eo casu resignans liberè, & absolute protestatus fuerat, non aliter in resignationem consentire, quam sub expressis pactis, & conditionibus in mandato apposis, quod non est in hoc casu.

Et ita vtraque parte, &c.

DECISIO XXXIV.

Sacra Rotæ Romana coram R. P. D. Ceyro.

In causa Leopoliensis. administrationis
Hospitales.

Lune 15. Maij 1645.

§. 1. AD Priorem Conuentus S. Domini, & Seniores Confratres Sanctiss. Rosarij spectare curam, administrationem Hospitalis S. Lazari in Ciuitate Leopoliensis. DD. censuerunt, quia cum dictum Hospitalis erectum fuerit à prædicto Priore & Fratribus vnâ cum Confratribus Sanctiss. Rosarij, ab eisque proprio iure dotatum, vt apparet tam ex laudo per Vicarium Leopoliensem, aliisque compromissarios lato vsque, & anno 1618. quam ex litteris Regis emanatis anno 1634. *Summ. quod datur n. 1. & 4. consequens est, vt ad eos spectet illius administratio, & gubernium, vt notat Abb. in cap. de Xenodochiis n. 2. de Religios. domib. & in sua q. 3. signatur n. 14. Card. in Clem. 1. n. 13. & in Clem. 2. n. 5. eod. tit. Rocch. de Curæ de iurepar. in verb. in Ecclesia sua n. 9.*

2. Eoque magis præfatum Hospitalis sit erectum, & dotatum fuit à Sereniss. Rege Polonia sub sua immediate protectione receptum, eiusque bona exempta ab omnibus oneribus, & collectis, cum prohibitione ne quælibet persona audeat se in eius gubernio, & administratione immiscere, ibi, *In patrocinium nostrum assu-*

mendi censuimus, vt quod immediate in protectionem nostram Regiam assumimus, & recipimus, vt ad memoratum Xenodochium sub nostra protectione existens, had. presumat quisque sibi auctoritatem aliquam usurpare. Cum enim ex huiusmodi immediata receptione in Regiam protectionem fuerit exemptum ab Ordinationis potest. Vicarius Leopoliensis. nec Canonici Ciuitatis se ingerere in illius administratione, que tota spectare debet ad Priorem, & Confratres, prout fuit in indulto Regio dispositum, cum non repugnet Regularibus habere sub se Hospitalis, eiusque Regimini prædicti, *tem. quia contingit §. præmissa. vbi que Dilecti de Religios. domib. & in terminis consulti Bald. cons. 100. lib. 5.*

3. Et ita pariter reddendum esse rationem bonorum, & rerum Hospitalis responsum fuit; iis enim de iure reddi debet, ad quos spectat gubernium, & regimini, & quibus eadem loca subsumt a. *Clem. quia contingit §. illi etiam vbi Vitalin. n. 66. & 69.*

4. Ponderando præsertim quodque Andreas Puchnicki olim Archiepiscopus Leopoliensis. & de numero Confratrum piè elargiendo quædam prædia pro augmento Hospitalis, statuit prouidentes, & Hospitalarios, ista ratioicinalia reddere teneri in Conuento coram Priore S. Domini, & Senioribus Confraternitatis, hæc enim determinatio, & confessio Prælati antecessoris adminiculatur, præsertim ex dicta fundatione, & dotatione, ac obseruantia præcedenti, nocet Archiepiscopo successoris. *Ruin. cons. 142. n. 4. lib. 1. cum alijs per S. mem. Gregor. dec. 506. n. 6.*

5. Nec obstat quod dum prædictum Hospitalis fuit erectum de consensu Ordinarij, habetque annexam Ecclesiam vbi Missæ celebrantur, & Sacramenta infirmis ministrantur. D. Archiepiscopus habet intentionem fundatam super assententia iuris communis scilicet quod cura, & gubernium Xenodochiorum, ceterorumque piorum locorum ad ipsum spectat, qui potest illa ad libitum visitare, vt disponit etiam S. Concilium Tridentin. *sess. 22. c. 28.* Regula enim assententia iuris communis non attenditur vbi aliter fuit cautum in ipsa erectione & fundatione. Erectionis enim & fundationis forma est attendenda circa gubernium, & administrationem, *Rot. coram S. mem. Gregor. dec. 4. sub n. 1. vers. circa illud cum seqq. & fuit dictum in alia dec. super assententia à Censuris sub die 27. Ianuarij 1645. coram me. Et dum prædictum Hospitalis fuit receptum sub immediata protectione Sereniss. Regis Polonia, non cadit sub Concilio quod in d. c. 8. expressis verbis excipit Hospitalia immediate subiecta protectioni Regum.*

Et ita resolutum informantibus tantum Priore, & Fratribus.

DECISIO XXXV.

Sacra Rotæ Romana coram R. P. D. Verospi.

In causa Barcinonensis. Canonicorum.

Veneris 9. Iunij 1645.

§. 1. RESOLUTUM fuerat in decisione præterita emanata coram me sub die 4. Decemb. 1644. consistere de bono iure Petri Ioannis Atxer in hoc Canoniatu Penitentiario Barcinonensi, Ecclesia, quem à Fel. rec. Urbano VIII. obtinuerat tanquam reservatum ratione vacationis in mensè Iulij Apostolicæ Sedi semper affecto, ex eo potissimum fundamento quod indultum concessit, Regi Catholico concessum pro Ecclesiis consisteribus in Regnis Hispaniarum, non fuerit vlti receptum in hac Prouincia Catalonia, cum verò pro parte Capituli, & Ioannis ab eodem electi denuo impugnetur.